

Væ misero mihi. Quis finis meus!

III PUNCTUM. — Hominis peccatoris considerationes super aternitate impij damnati.

SUMMARIUM. — Peccator attendit nullam habere damnatum justam causam de Deo conquerendi; nullum finem sibi expectari in aternitate; vel qualicunque computatione fingi; se vero furiosum esse, qui sic vivit aeternae damnationis periculo obnoxius.

Quid clamas? Quare factus est dolor meus perpetuus (Jer. XXX, 45)? Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam (Id., II, 17)? Quid clamas? non enim invenit Deus (Heb. VI, 10). Numquid timeas argui te, et veniet tecum in iudicium, et non propter malitiam tuam plurimam, et infinitas iniquitates tuas (Job XXII, 4, 5)?

Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus (Jer. XXX, 45); non est qui salvet te (Is. XLVII, 15)? Quid clamus? Hæc dicit Dominus Deus: Ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irrevocabilem (Ezech. XXI, 3, 5); in manu forti, et in brachio extenso, et in furore effuso regnabo super vos (Id., XX, 55); quoniam ignem succendisti in furore meo, usque in aeternum ardebit (Id., XVII, 4).

Quid clamus? Quis finis meus? In longituris diebus, in multitudine temporis (Bar. IV, 55), post finem quadraginta annorum (Ezech. XXIX, 45), nondum est finis (Math. XXIV, 6). In his omnibus non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extensa (Isai. IX, 12). Hæc autem omnia initia sunt dolorum (Math. XXIV, 8).

Cum consummati fuerint mille anni (Apoc. XX, 7): mille anni sicut unus dies (II Pet. III, 8). Nondum est finis. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extensa (Isai. IX, 12).

Arenam maris, et pluvie guttas, et dies seculi quis dinumeravit (Ecclesi. I, 2)? Numera stellas, si potes

DUÆ MEDITATIONES PRO PRÆPARATIONE AD CONTRITIONEM PERFECTAM.

PRIMA MEDITATIO.

De justitia et misericordia Dei.

PRIMUM PUNCTUM. — De justitia Dei quæ magna et magnopere timenda esse arguitur ex variis exemplis.

SUMMARIUM. — Peccator se sinit præsentem justitiæ et sanctitati Dei, et circa eas exercet fidem suam; deinde considerat, sibi que aptat exemplum angelorum rebellium, exemplum Adæ ejusque posteritatis, exemplum hominum pene omnium tempore dilavii, exemplum Sodomorum, et aliorum privatorum hominum quos ipse novit, quibus exemplis si quis non cedat, concludit, id fieri non posse, nisi vel ex falsa spe effugiendi iudicii divini, vel ex contemptu misericordiæ divinæ, ex qua tandem concludit, penitentiam esse viam præteritam.

(Gen. XV, 5): si quis potest hominum numerare pavorem terræ (Ibid., XIII, 16): si plures fuerint anni, nondum est finis (Lev. XXV, 31). In omnibus his non aversus est furor ejus, sed adhuc manus ejus extensa (Isai. IX, 17).

Dominus Deus ad hæc ad hunc numerum multa milita (Deut. I, 11), nondum est finis; Sed perditus in aeternum eris (Jer. LI, 26).

In aeternum!

Temporibus aternis (Rom. XVI, 25),

In seculis aternis (Isai. XXVI, 4),

In perpetuas aternitates (Dan. XII, 5),

In aeternum et ultra (Exod. XV, 18),

Et ultra quam credi potest (Gen. XXVII, 55).

Hæc est pars hominis impij a Domino Deo (Job XX, 29).

Deus aeternus (Dan. XIII, 42), quis novit potestatem iræ tuæ, et præ timore tuo iram tuam dinumerare (Ps. LXXXIX, 11)? Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum ejus inestimabilis (Job. XXXVI, 21). Deus aeternus, justitia tua, justitia in aeternum (Ps. CXVIII, 142), in aeternum omnia judicia justitiæ tuæ (Ibid., 160).

Tu autem profane, impie, cujus venit dies in tempore iniquitatis præfinita (Ezech. XXI, 25), neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es (Luc. XXIII, 40)? Perdis animam tuam in furore tuo (Job XVIII, 4); igni eris cibus (Ezech. XX, 52) in aeternum et ultra (Mich. IV, 5).

Age penitentiam (Apoc. II, 5); id enim quod in presenti est, momentaneum et leve tribulationis nostræ (II Cor. IV, 17).

Perdis animam tuam in furore tuo.

Quasi a facie colubri fuge peccata: et si accesseris ad illa, suscipient te (Ecclesi. XXI, 2); perditus in aeternum eris.

Quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, aeterna sunt (II Cor. IV, 18).

Age penitentiam.

Verba tua auribus percipe, Domine, intellige clamorem meum; intende voci orationis meæ, rex meus et Deus meus. Quoniam ad te orabo, Domine, ut audivis vocem meam (Ps. V, 2-4).

Mane astabo tibi, et videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es (Ibid., 5). Mundi sunt oculi tui ne videas malum, et respicere ad iniquitatem non poteris (Habac. I, 15).

Odio sunt Deo impius et impietas ejus (Sap. XIV, 9). Justus Dominus in omnibus viis suis, et sanctus in omnibus operibus suis (Ps. CXLIV, 17).

Ece qui serviunt ei non sunt stabiles, et in angelis suis reperit pravitatem (Job IV, 18). Factum est prælium magnum in caelo: Michael et angeli ejus præ-

habantur cum dracone, et draco pugnabat, et angeli ejus: et non valuerunt: neque locus inventus est solum amplius in caelo. Projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, et Satanus, qui seducit universum orbem: et projectus est in terram, et angeli ejus cum illo missi sunt: et cauda ejus trahelat tertiam partem stellarum caeli (Apoc. XII, 7-9, 4). Non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium (Judæ 6).

Quomodo cecidisti de caelo, Lucifer? Dicebas in corde tuo: In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, similis ero Altissimo. Deiracta est ad inferos superbia tua (Is. XIV, 12-14, 11), in momento, in jetu oculi (I Cor. XV, 52), sicut fulgur (Luc. X, 18).

Si Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reservari (II Pet. II, 4), in iudicium magni diei vinculis aternis sub caligine (Judæ 6): quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumuntur velut a tineæ? De mane usque ad vesperam succidentur: et quia nullus intelligit, in aeternum peribunt (Job IV, 19, 20).

Vocavit Dominus Deus Adam, et dixit ei: Ubi es? Quis indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas et tribulos germinabit tibi, in sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es, quia pulvis es et in pulverem revertaris. Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, eiecique (Gen. III, 9, 11, 17-19, 25, 24); propterea per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors: et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt; iudicium ex uno in condemnationem (Rom. V, 12, 16).

Adam exemplum meum (Zach. XIII, 55). Quanto magis abominabilis et inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem (Job XV, 16), exterminabitur de populo suo (Exod. XXX, 55)?

Videns Dominus quod multa malitia hominum esset in terra, et concita cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, penitenti eum quod hominem fecisset in terra; et tacuit dolore cordis intrinsecus: Delebo, inquit, hominem quem creavi, a facie terræ. Ece ego adducam aquas diluvii super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter caelum (Gen. VI, 5-7, 17). Factumque est diluvium: universi homines, et cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortui sunt (Ibid. VII, 17, 21, 22).

Quis non timebit (Amos, III, 8)? Si enim Deus originali mundo non pepercit, sed octavum Noe justitiæ præconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens (II Pet. II, 4 et 5); quis poterit salvus esse (Math. XIX, 25)?

Si civitates Sodomorum et Gomorrhæorum in ci-

S. S. XXXVII.

nerem redigens eversione damnavit, exemplum eorum qui impie acturi sunt, ponens: magis autem eos qui post carnem in concupiscentia inmunditie ambulat (II Pet. II, 6, 10), post acceptam notitiam veritatis (Heb. X, 26), quibus iudicium jam olim non cessat, et perditio eorum non dormitat (II Pet. II, 5). Quod vidi narrabo (Job XV, 17). Vidi impium su perexaltatum et elevatum sicut caelos Libani: et transivi, et ecce non erat: et quasi vidi eum, et non est inventus locus ejus (Ps. XXXVI, 55, 56). Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi iustorum operum (Ecclesi. VIII, 10). Vidi eos, qui operantur iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos, flante Deo perisse, et spiritu iræ ejus esse consumptos (Job IV, 8, 9); qui cum iustitiam Dei cognovissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte (Rom. I, 32).

Propter quod inexcusabilis es, o homo omnis, qui iudicas; in quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas; scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt.

Existimas autem hoc, o homo qui iudicas eos qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugas iudicium Dei?

An divitiis bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contentus? Ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? secundum autem iram tuam et impotentem cor thesarizas tibi iram in die iræ et revelationis iusti iudicii Dei (Ibid. II, 1-5).

Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso peniteamus, et indulgentiam ejus fuis lacrymis postulemus; non enim quasi homo sic Deus comminabitur, neque sicut illius hominis ad iracundiam inflammabitur. Et ideo humiliter illi animas nostras: et in spiritu constituti humilitato servientes illi, dicamus flentes Domino, ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam (Judith. VIII, 14-17).

II PUNCTUM. — De singulari Dei misericordia erga peccatorem unum ex multis ad penitentiam reseratum.

SUMMARIUM. — Homo penitens hanc in se agnoscit gratiam, conque a sola Dei misericordia sibi provenisse confitetur. Singulare autem ejus privilegium mirifice extollit comparando seipsum cum multis peccatoribus quibus non fuit concessa talis gratia æque ac sibi, licet indignissimo, et cum aliis multis quibus non concedatur.

Peccavi et vere deliqui, et ut eram dignus, non recepi (Job XXXIII, 27).

Quod autem nunc vivo (Gal. II, 20), et sensus meus redditus est mihi (Dan. IV, 31): unde hoc mihi (Luc. I, 45)? Quis enim te discerit (I Cor. IV, 7)? Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei (Rom. IX, 16).

Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine (Ps. C, 4); quia non infernus confitebitur tibi, neque

(Diz.)

mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam. Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie (*Isai. XXXVIII, 18, 19*).

Misericordiam Domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes ejus (*Thr. III, 22*). Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, et quasi Gomorra similes essemus (*Isai. I, 9*). Repleta est malis anima mea: et vita mea inferno appropinquavit (*Ps. LXXXVII, 4*); nisi quia Dominus adjuvit me: paulo minus habitasset in inferno anima mea (*Ps. XCIII, 17*).

Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine. Vidi eos qui operantur iniquitatem stante Deo perisse (*Job IV, 8*). Perdidisti omnes: tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me (*Ps. LXXII, 27, 24*).

Occidisti, nec pepercisti (*Thr. III, 45*): vitam et misericordiam tribuisti mihi (*Job X, 12*).

Exterminati sunt, et ad inferos descenderunt (*Bar. III, 19*): tu autem eruisti animam meam, ut non periret: projecti post tergum tuum omnia peccata mea (*Isai. XXXVIII, 17*).

Non Deus volens iniquitatem tu es, neque habitabit juxta te malignus, neque permaneant injusti ante oculos tuos: odisti omnes qui operantur iniquitatem (*Ps. V, 5-7*), projectisti (*Isai. II, 6*), perdidisti (*Sap. XII, 14*).

Ego autem in multitudine misericordiarum tuarum introibo in domum tuam (*Ps. V, 8*).

Ego autem, vir peccator (*Eccli. XXVII, 55*), servus peccati (*Joan. VIII, 54*), in peccatis natus totus (*Id., IX, 57*):

Ego autem, abominabilis et inutilis homo (*Job XV, 16*), vivens inter peccatores (*Sap. IV, 10*), quorum (*I Tim. I, 15*) primus ego sum:

Ego autem in multitudine misericordiarum tuarum introibo in domum tuam (*Ps. V, 8*), adorabo ad templum sanctorum tuum in timore tuo.

Ecco, inimici tui, Domine, ecco, inimici tui peribunt, et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem (*Ps. XCI, 10*); perdes omnes qui loquuntur mendacium (*Ps. V, 7*): non dimidiabunt dies suos; ego autem sperabo in te, Domine (*Ps. LIV, 24*), et senectus mea in misericordia uberi (*Ps. XCI, 11*).

Qui autem reliqui fuerint, moriantur, et non in sapientia (*Job IV, 21*); ego autem in multitudine misericordiarum tuarum introibo in domum tuam.

Venite, audite, et narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animae meae (*Ps. LXV, 16*). Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia ejus (*Ps. CXXXV, 4*).

II MEDITATIO.

De misericordiis Dei erga peccatores penitentes.
Per colloquium Jesu Christi, et peccatoris penitentis.

PRIMUM PUNCTUM. — Divinae misericordiae primus effectus, peccatorum omnium remissio.

SUMMARIUM. — Peccator ad imitationem filii prodigi, peccatorum conscientia et miseria sua turbatus, antequam de venia, deliberat quid agat, fudit lacrimas erectus, se praesentem sinit Jesu et ejus implorat misericordiam. Jesus consolatur et confirmat illum ex amore suo erga peccatores omnes. Peccator hunc sibi amorem deposcit. Jesus ex eo amore quem excolit comparatione matris bonique pistoris, remittit peccatori omnia peccata, et sibi gratulatur ejus conversionem; penitens hanc acceptat gratiam animo humiliter et contrito.

Peccator penitens. — Dereliquisti Dominum, fontem aquae vivae: et nunc quid tibi vis in via Aegypti ut bibas aquam turbidam (*Jer. II, 17, 45, 18*)? Miser factus sum (*Ps. XXXVII, 7*). Quamvis mercenarii in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo (*Luc. XV, 17*).

In amaritudine est sermo meus: Deus molivit cor meum, et Omnipotens conturbavit me; idcirco a facie ejus turbatus sum, et considerans eum, timore sollicitor (*Job XXIII, 2, 16, 15*).

Surgam, et ibo ad patrem meum (*Luc. XV, 18*).

Quid dicam, aut quid respondebit mihi (*Isai. XXXVIII, 15*)?

Iniquitatem meam ego cognosco (*Ps. L, 5*): major est iniquitas mea, quam ut veniam merear (*Gen. IV, 15*).

Surgam, et ibo ad patrem meum, et dicam ei: Pater Iniquitatem meam ego cognosco: jam non sum dignus vocari filius (*Luc. XV, 18, 19*).

Quandiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem (*Ps. XII, 2*)?

Surgam, et ibo ad patrem meum et dicam ei: Pater, peccavi in caelum et coram te (*Luc. XV, 18*): Deus meus, confundor, et erubescio levare faciem meam ad te (*I Esdr. IX, 6*).

Sed miseris omnium, quia omnia potes, et dissimulas peccata hominum propter penitentiam; diligis enim omnia quae sunt, et nihil odisti horum quae fecisti. Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt, Domine, qui amas animas (*Sap. XI, 21, 25, 27*).

Jesus misericors. — Noli timere, quia redenti te (*Is. XLIII, 1*); ne timeas, quia ego tecum sum, confortavi te, et auxiliatus sum tibi (*Id., XLI, 10*).

Nolo mortem impij, sed ut convertatur impius a via sua, et vivat (*Eccli. XXXIII, 11*). Venit filius hominis querere et saluum facere quod perierat (*Luc. XIX, 10*). Non necesse habent sani medico, sed qui male habent. Non veni vocare justos, sed peccatores (*Marc. II, 17*). Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos (*Math. XI, 28*).

Peccator penitens. — Domine, jube me ad te venire (*Id., XIV, 28*). Domine Deus miserator et misericors, patiens et multa misericordiae, et verax, respice in me, et miserere mei (*Ps. LXXXV, 45, 16*), converte me, et convertar (*Jer. XXXI, 18*). Erravi sicut ovis quae perit; quare servum tuum (*Ps. CXVIII, 176*). Sic animae meae: Salus tua ego sum (*Ps.*

XXXIV, 5); sonet vox tua in auribus meis (*Cant. II, 14*).

Domine, qui amas animas, jube me venire ad te.

Jesus misericors. — Veni (*Math. XIV, 29*); in charitate perpetua dilexisti te: ideo atraxi te miserans (*Jer. XXXI, 5*). Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non miseretur filio uteri sui? Et si illa oblitia fuerit, ego tamen non obliviscor tui. Ecce, in manibus meis descripsi te (*Isai. XLIX, 15, 16*).

Confide (*Math. IX, 2*): ego sum pastor bonus (*Joan. X, 11*), qui habet centum oves: et si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quae perierat, donec inveniat eam? et cum invenit eam, imponit in humeros suos gaudens: et veniens domum convocat amicos et vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quae perierat! Dico vobis, quod ita gaudium erit in caelo super uno peccatore penitentem agente, quam super nonaginta novem justis qui non indigent penitentia (*Luc. XV, 4-7*).

Ego sum pastor bonus, confide, fili, remittuntur tibi peccata tua (*Math. IX, 2*). Qui habet aures audiendi audiat: Congratulamini mihi omnes, quia inveni ovem quae perierat (*Luc. XIV, 55*); congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram; congratulamini mihi: hic filius meus mortuus erat, et revixit: perierat, et inventus est (*Id., XV, 9, 24*).

Peccator penitens. — Peccavi in caelum et coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus. Fac me sicut unum de mercenariis tuis (*Ibid., 18, 19*).

Jesus misericors. — Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua; ergo saltem amodo voca me, Pater meus (*Jer. III, 4*).

Peccator penitens. — Pater, peccavi in caelum et coram te (*Luc. XV, 21*).

Pater, pater misericordiarum et Deus totius consolationis (*II Cor. I, 3*); pater meus es tu, Deus meus, et susceptor salutis meae (*Ps. LXXXVIII, 27*).

II PUNCTUM. — Divinae misericordiae erga peccatores penitentes secundus effectus.

Homini per peccatum depravati integra sanatio.

SUMMARIUM. — Peccator penitens agnoscit talem in seipso depravationem magno affectu doloris sensu, sanctorum agritudinum curacionem ferenter et confidenter petit a Jesu; hanc Jesus certam illi promittit: ut autem impensius adhibeatur, rogat instanter penitens. Momeni vero Jesu, ut jam sanus factus caveat a recidivo morbo, ita fore penitens spondet.

Pater peccavi in caelum et coram te: peccavi valde: sed precor, Domine, ut transferas iniquitatem servi tui, quia stulte egi nimis (*II Reg. XXIV, 10*).

Confusus sum et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiae meae (*Jer. XXXI, 19*): infusus sum in limo profundo, et non est substantia (*Ps. LXVIII, 5*).

Inimici mei animam meam circumdederunt (*Ps. XVI, 9*): perusserunt me, et vulneraverunt me

(*Cant. V, 7*). Putruerunt et corrupte sunt cicatrices meae a facie insipientiae meae.

Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem, tota die contristatus ingrediebar: quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, et non est sanitas in carne mea.

Cor meum conturbatum est, dereliqui me virtus mea, et lumen oculorum meorum, et ipsum non est necum (*Ps. XXXVII, 6-8, 41*). Omne caput languidum, et omne cor muerens: a planta pedis usque ad verticem non est sanitas (*Is. I, 5, 6*).

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, et anima mea turbata est valde: sed tu, Domine, usquequo? Convertere, Domine, et eripe animam meam (*Ps. VI, 5-5*); libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae (*Ps. L, 16*); sana animam meam, quia peccavi tibi (*Ps. XL, 5*).

Sana me, Domine, et sanabor (*Jer. XVII, 14*).

Domine, qui amas animas; Domine, si vis, potes me mundare (*Math. VIII, 1*).

Jesus misericors. — Volo, mundare. Spiritus Domini super me, eo quod unxit Dominus me, ut mederer contritis corde (*Is. LXI, 4*). A vulneribus tuis sano te (*Jer. XXX, 17*). Si fuerint peccata vestra ut coceinum, quasi nix dealbabitur: et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt (*Is. I, 18*).

Peccator penitens. — Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me. Asperges me hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor (*Ps. L, 5, 4, 9*). Amplius lava me, non tantum pedes meos, sed et manus et caput (*Joan. XIII, 9*), ut audiam vocem laudis (*Ps. XXV, 7*): est mundus totus (*Joan. XIII, 10*).

Jesus misericors. — Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi contingat (*Id., V, 14*).

Peccator penitens. — Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo? A mandatis tuis intellexi, propterea odivi omnem viam iniquitatis. Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis. Juravi et statui custodire judicia justitiae tuae (*Psal. CXVII, 105-106*).

III PUNCTUM. — Divinae misericordiae erga peccatores penitentes tertius effectus.

Homini restituito in pristinum bonorum spiritualium statum.

SUMMARIUM. — Peccator penitens renovat in memoriam felicem innocentiam statum ex quo excidit, et in eam restituitur quantum fieri potest exire rogat.

Quia semel coepi, loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis (*Gen. XVIII, 27*).

Quia mihi tribuit, ut sim juxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodierat me: quando

splendebat lucerna ejus super caput meum, et ad lumen ejus ambulabam in tenebris; sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo: quando erat Omnipotens mecum (Job XXXI, 2-5).

Quis mihi tribuat? Nonne tu qui solus es (Job XIV, 1), Domine, qui amas animas?

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei (Ps. VI, 11). Dissipaverunt itinera mea: insidiati sunt mihi et prævaluerunt (Job XXX, 15). Domine, quando respicies? Restitue animam meam a malignitate eorum, a leonibus unicum meam (Ps. XXXIV, 17).

Cor mundum crea in me Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis; redde mihi lætitiã salutaris tui, et spiritui principali confirma me (Ps. L, 12, 14).

Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te; a resistentibus dextera tuæ custodi me ut pupillam oculi; sub umbra alarum tuarum protege me. a facie impiorum qui me affixerunt (Ps. XVI, 7-9).

Jesus misericors. Hanc penitentem promittit Jesus restitutionem, et quæ sint ex ea proventura bona illum docet.

Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.

Qui habet aures audiendi, audiat (Luc. VIII, 8): Cito proferre stolum primam, et induite illum, et late annulum in manum ejus, et calceamenta in pedes ejus: et adducite vitulum saginatum, et occidite, et manducemus, et epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, et revixit (Id., XV, 22-24).

Impietas impii non nocet ei, in quacunq; die conversus fuerit ab impietate sua: omnia peccata, quæ peccavit, non imputabuntur ei (Ezech. XXXIII, 12, 16).

Confide, fili: Ego sum Dominus Deus tuus, faciens misericordiam in millia his qui diligunt me (Exod. XX, 3, 6). Convertam eos, quia miserebor eorum: et erunt sicut fuerunt quando non projeceram eos; ego enim Dominus Deus eorum, et exandiam eos. Et erunt quasi fortes Ephraim, et lætabitur cor eorum quasi a vino: et lætabitur, et exultabit cor eorum in Domino (Zach. X, 6, 7, 12). Confortabo eos in Domino, et in nomine ejus ambulabunt.

Confide fili: sponsabo te mihi in sempiternum: et sponsabo te mihi in justitia et iudicio, et in misericordia, et in miserationibus; et sponsabo te mihi in fide: et scies quia ego Dominus (Os. II, 19, 20).

Tunc videbis et afflues, et mirabitur et dilatabitur cor tuum (Is. LX, 5); tunc super Omnipotentem delicias afflues, et elegeris ad Deum faciem tuam. Rogabis eum, et exaudiet te, et vota tua reddes. Decernes rem, et veniet tibi, et in viis tuis splendebit lumen (Job XXII, 26-28).

Spiritus Domini super me: misit me ut mederer contritis corde; ut consolarer omnes lugentes, et Jarem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro lu-

ctu, pallium laudis pro spiritu mœroris (Is. LXI, 1-5): et si parva sunt ista, adjiciam tibi multo majora (II Reg. XII, 8).

Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua; et conjuerunt optima quæque Israel? Nonne tibi (I Reg. IX, 20)?

Peccator penitens inde erumpit in affectus admirationis, gaudii et fiducia.

Quam magna misericordia Domini, et propitiatio illius convertentibus ad se (Eccli. XVII, 28)! O quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus (Sap. XII, 1)! Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia (Rom. V, 20).

Confitebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi: conversus est furor tuus, et consolatus es me. Ecce Deus salvator meus, fiducialiter agam, et non timebo: quia fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem (Is. XII, 1, 2).

CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Peccator penitens grate inquirat quid reddat Domino pro conversione sua, cujus gratiam expendit beneficiens Deo, et proponit multa quæ ultro daret, si accepta forent Deo.

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi (Ps. CXV, 12)?

Benedic, anima mea, Domino, et omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus, benedic, anima mea, Domino: et noli oblivisci omnes retributiones ejus, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu viam tuam, qui coronat te in misericordia et miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum: renovabitur ut aequile juvenus tua (Ps. CII, 1-5).

Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis; quoniam secundum altitudinem cœli a terra corroboravit misericordiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se (Ibid., 10-15).

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Quid dignum offeram Domino? Curvabo genu Deo excelso? Numquid offeram ei holocaustomata, et vitulos anniculos? Numquid placari potest Dominus in millibus arietum (Mich. VI, 6, 7), aut in milibus millibus hircorum pinguium? Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?

Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam honorum meorum non egres (Ps. XV, 2). Si voluisses, sacrificium dedissem utique: holocaustis non delectaberis (Ps. L, 18).

Si voluisses, et bona mea (Luc. XII, 18), ex quodam vitam meam dedissem utique: holocaustis non delectaberis (Act. XXVI, 4).

Quid dignum offeram Domino?

Jesus misericors aperit quid requirat a penitente, nempe cor illius.

Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te: Utique facere iudicium, et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo (Mich. VI, 8).

Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum: Sacrificium Deo spiritus contribulatus (Ps. L, 19).

Indicabo tibi quid Dominus requirat: Præbe, fili mi, cor tuum mihi: et oculi tui vias meas custodiant (Prov. XXIII, 26).

Peccator penitens humiliter stupet munus a Deo postulati tam indignum seipso.

Hæc dicit Dominus redemptor Israel, sanctus ejus, ad contemptibilem animam: Præbe, fili mi, cor tuum mihi (Is. XLIX, 7). Quis Deus similis tui (Mich. VII, 18)? Quid petis ut detur tibi (Ester V, 6)? Cor insipiens (Is. XLIV, 20), Cor pravum (Ps. C, 4), Cor cum bestiis terræ positum (Dan. V, 21), contaminatum et sordidum (Levit. XIII, 45).

Jesus misericors insistit postulationi.

Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. Præbe, fili mi, cor tuum mihi (Act. X, 15).

Peccator penitens parat, offerendo religiosissime cor suum, et confitendo ex multis rationibus non despicendum fore munus suum.

Fiat, fiat (Ps. XL, 14); Fiat cor meum immaculatum (Ps. CXVIII, 80), dignum dilecto meo (Cant. VII, 9).

Veni, Domine Jesu (Apoc. XXII, 20). Paratum cor

meum, Deus (Ps. LVI, 8): Domine Jesu suscipe (Act. VII, 58) paratum cor meum (Ps. LVI, 8).

Ad destitutionem peccati (Heb. IX, 26),

Ad penitentiam (II Cor. VII, 9),

Ad custodiendas justificationes tuas (Ps. CXVIII, 5),

Ad confitendum nomini tuo (Ps. CXL, 8),

Ad commoriendum et ad convivendum (II Cor. VII, 3).

Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus (Cant. VII, 10).

Veni, dilecte mi: Domine Jesu suscipe cor contritum et humiliatum (Ps. L, 19).

Quoniam tu, Domine, suavis et mitis, et multa misericordiæ omnibus invocantibus te (Ps. LXXXV, 5), cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies (Ps. L, 19).

Domine, qui amas animas, cor contritum et humiliatum non despicies.

Redemisti me, Domine Deus veritatis (Ps. XXX, 6): ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi, cor contritum et humiliatum (Ester. XIII, 16).

Respice in testamentum tuum (Ps. LXXXII, 20), in sanguinem testamenti tui (Zach. IX, 11), et pretium redemptionis animæ: cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies (Ps. XLVIII, 9), quia pretium sanguinis est (Math. XXVII, 7).

Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo, et glorificabo nomen tuum in æternum: quia misericordia tua magna est super me, et eruisit animam meam ex inferno inferiori (Ps. LXXXV, 12, 15).

QUATUOR MEDITATIONES

DE INCARNATIONE ET NATIVITATE CHRISTI.

PRIMA MEDITATIO.

Exercitium fidei circa hoc mysterium.

PRIMUM PUNCTUM. — Explicatur natura hujus mysterii.

SUMMARY. — Opus est magnum Dei, qui voluit, ut ad carnem usque vilissimam Verbum, suus vere Filius in seipso infusus, et in omni genere perfectionum descenderet.

Est scriptum in prophetis (Joan. VI, 45): Domine audivi auditionem tuam, et timui; Domine opus tuum, in medio annorum vivifica illud; in medio annorum notum facies: cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Deus ab austro venit, et sanctus de monte Pharan: operuit cœlos gloria ejus, et laudis ejus plena est terra. Splendor ejus ut lux erit: cornua in manibus ejus. Ibi abscondita est fortitudo ejus: ante faciem ejus ibit mors, et egredietur diabolus ante pedes ejus (Habac. III, 2-5).

Impleta est hæc scriptura (Luc. IV, 21): Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum

ex muliere (Gal. IV, 4). Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini ejus (Luc. I, 54, 55).

Verbum caro factum est: Domine opus tuum, Verbum caro factum (Joan. I, 14). Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. Opus tuum (Hab. III, 15), opus Excelsi (Ester. XLIII, 2), opus Sancti sanctorum (I Par. VI, 49).

Verbum caro factum est. Caro! Quid est caro (Deut. V, 26)? Caro infirma (Math. XXVI, 41). Caro concupiscit adversus spiritum (Gal. V, 17).

Omnis caro immunda (Ezech. IV, 14), Omnis caro fenenum (Is. XL, 6). Deficiet omnis caro (Job XXXIV, 15). Verbum caro factum est. Verbum! Generatio nem ejus quis enarrabit (Isai. LIII, 8)? In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum; omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil quod factum est; in ipso vita erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebris luere, et tenebræ eam non comprehenderunt; erat lux vera quæ illu-